

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Ioanni Riuiio H. B. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

tor, non solum ut nominis tui memoriam ad posteros extendas: sed ipsius Reipublicæ literariæ causa, cui plurimum utilitatis atq; ornamenti tua scripta adferent. Bene uale.

Ioanni Riuiο H. B.

S. D.

Quod mihi mandas, ut cum ijs commercium habeam, quorum consuetudine melior fiam: improbos uerò et à literis abhorrentes fugiam, tanquam pestem: primum, ut debeo, magnas habeo gratias, quod tam officiosè res meas curas. Sequar autem hac in re Hesiodi cōsiliū, qui *ωλυφιλίαν* improbat: quæ si unquam, imò maxime perniciosa est in his corruptissimis moribus. Cum paucis mihi familiaritas est, quibus utar socijs horum nostrorum studiorum: quæ res quantum prosint, admonet nos sapientissimus uates, cū ait: *σὺν τε δὲ ἑσχευόσθω*, nosti enim uersum.

De sodalitiō meo facile potes coniecturam facere, pro tua singulari prudentiā ex hac oratione mea: in qua si quæ comparent notæ doctrinæ & studij, intelligi potest, nihil esse mihi negocij cum ijs, qui per inertiam omnia honesta studia fugiunt. Bene uale.

Patri